



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661**

4 Hic gradum numerus; ætates respicit orbis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

¶ Ex Cabillonensi ceteri ceteri alicuius collibere, & Hugo. Extat lib. 3. capit. 89. Excepta autem verba illa, vel quinta, sextat; reliqua feri eadem leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap. 14. & altera Moguntina sub Rabano, cap. 30. Et in Wormaciensi in prioris parte canonis 71. Nam posterior pars est e. sane consanguinitatis supra allatum.

Hac auctoritate, dum sexa generatione interdicitur conjugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filium in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negant; gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, que consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu; illa vero que usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, ut eadem persona secundum gradum filius appellatur in sexto, vel septimo gradu. Item illud Fabiani a, quo affines in quinta generatione copulari prohibentur, videtur esse contrarium illi decreto, Iulii Papa. b [Sicut enim licet illi Christiani de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris sue conjugem ducere propter carum unitatem.] Similiter etiam invenitur contrarium illi capiti Gregorii: [Nec e eam, quam ex propria consanguinitate conjugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, vel personis inter se affinitate conjunctis, ut sine uxore duorum fratrum, si congerit unam carum alicuius matrimonio copulari, post mortem eius non poterit affinitate superstitem in conjugem ducere, nisi in quinto gradu affinitate inveniantur. Unde, qui uxorem alicuius in uxorem duxerit, post mortem eius uxorem proximi ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi dicit: [Relictam consanguineorum uxoris sue (non aut consanguineam uxoris sue, sed relictam consanguineorum uxoris sue) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem.] Paschalis vero Papa secundum scribens Regino Episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum invenitur prohibita. Sic enim.

C. XXII. ¶ Duorum consobrinorum conjuges non estent, nubere non possunt.

Porro duorum & consobrinorum conjuges, quamvis diversis temporibus, viro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, prater auctoritatem canonicam, publice honestatis iustitia contradicit. Ut novit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut a viri consanguineis abstinentium est.

Illud Gregorii & Iulii Papa intelligitur de consanguinitate viri uxoris, ut post mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti superstiti matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quique a propria consanguinitate vel cognatione sua uxoris abstineri debeat.

QVÆSTIO IV.

Quo quæritur, quare usque ad sextum gradum consanguinitatis computo prohibentur. De his ita scribit Iulius Iudorus Episcopus in libro 9. c. 6.

C. I. ¶ Quare usque ad sextum gradum consanguinitatis observatur.

Consanguinitas, s dum se paulatim propagatum. Ordinis dirimens, usque ad ultimum gradum subtraherit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodammodo revocat

a Sap. ead. de propinquitate. b sup. ead. nullum. s. prater ea. c sup. ead. nec eam. d sup. ead. & hoc. e Polyg. lib. 6. tit. 9. c. 1. f Ex Aug. lib. de civitate Dei. c. 6.

fugientem. Ideo autem usque ad sextum gradum gradum consanguinitatis constituta est, ut si sexa gradus mundi generatio, & hominis status fuerint propinquitas generis tot gradibus terminetur.

¶ Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 3. de civitate Dei. cap. 16. unde primo videtur sumptum.

QVÆSTIO V.

De gradibus vero consanguinitatis, quomodo computentur, Iulius Iudorus b sic loquitur.

C. I. ¶ Quomodo dirimatur gradus consanguinitatis.

Series e consanguinitatis sex gradibus hoc modo constituitur: filius & filia, quod est pater & mater, & fornicatus truncus: illis scorsum semilibus, extradite illorum gradum isti ramusculi, nepos, nepis primum, & nepos, pronepitis secundus: abnepos, abnepis tertius, & trinepitis filius, & trinepitis filia, tertius.

Burchardus, & Ivo, & Pannonia, qui istam partem partim ex dicto Iudoro, ex hoc, & capite, consanguinitatis, q. 4. unum caput faciunt: & habent, Series consanguinitatis septem gradibus, &c.

C. II. ¶ Quomodo sunt comparanda gradus consanguinitatis.

Item Alexander Papa II. omnibus Episcopis & clericis, nec non iudicibus per Italianam constituit.

Ad sedem d' Apostolicam perlati est quatuordecim legum & canonum imperiti eximium, quod propinquitas gradus contra sacros canones, & insufficientem morem numerate nuntiant, non a studio errore affirmantes, quod permittantur vel iudicentur inter se sint in secunda generatione. Similiter, filie, in quarta, nepotes, vel nepotes eorum, &c. Tali modo progeniem computantes, & in ratione sexto eam gradu terminantes dicunt, quod propter ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi profanum errorem convalidandum in argumentum assumunt saculares leges, quod Justinianus Imperator promulgavit de successione sanguineorum. Quibus confisi, ostendentes tamen, quod fratres in secundo gradu esse numeratos, filios in quarto, nepotes in sexto. Sic scilicet generationes terminantes, numerationem sanctorum Patrum, & quæ ecclesiæ computationem ad nos usque pervenisse, perversa quadam calliditate distorserunt. Nos vero Deo annuente hanc questionem discutere ausimus, in synodo habita in Laterano, & ceteris, atque convocatis ad hoc opus Episcopis, & clericis, atque abus diversarum provinciarum. Denique in vestris legibus, & sacris canonibus, distincte invenimus hanc causam alteram legum fieri, alteram computationem. In legibus siquidem ob nullam rationem graduum mentio facta est, nisi ut hæredes in successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc computatur, ut aperit monstratur, usque ad quatuor generationem a consanguineorum sit nuptias, & ab his ubi præferibitur, ut hæreditas propinquitas modo legibus conferatur: hic vero, ut rite & canonice nuptiales nuptia celebrentur. In s legibus distincte constat

a ut generis. b Lib. 3. Episcopus, cap. 1. Iulius Iudorus, c Sent. 4. dist. 40. Burchard. lib. 7. c. 10. Ivo p. 4. Pannonia, d Hugo ibid. Polyg. ibid. Anselm. lib. 1. c. 2. Ivo p. 4. c. 1. e Infit. 1. 3. tit. 5. & 9. f Eod. tit. 4. Iulius Iudorus, g. 1.